Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

sancius ardenciusque amat ut se sentiat fervore felicissimo et
sciat se subtilius exuri igne eterni amoris presencius cum
in aliuphonia amenitate dicens involui / cum propheta
Ego cantabo dilecto meo Et alibi in psalmo In te cogita
cio mea semper / i. tibi dilecte ihesu in amoris incendio
amorosum sonans canticum in deliciis quas michi infudis-
ti Ex mundicia consciencie et habundancia spiritualis leti
cie et iocunditatis interne surgit talis cantus glorie et dilec
cionis intime in mente vacantis amantem Sic celitus vi-
vere nos concedat xpo celestis ihesus Amen. Particula
3a que accidit medio est liquefactio et quomodo perfectus quisque li

Liquefactio autem anime liquefieri potest in amore.
aliud non videtur esse nisi quedam amollicio in sua duri
cia per quam redditur flexibilis et voluntaria ad amandum
sic amantem deum et liquescens ad recipiendum divine virtutis
impressiones / ut sicut liquor liquori, ita spiritus dei spiritum hominis
~~ut~~ influens misceatur et unus fiat spiritus cum deo. Incendium
amoris vacantis in animum assumptum anime facit liquefactionem /
quia sicut ignis ferrum emollit et flexibile facit, ita ignis
amoris animam facit liquescere, ac cuncta vicia expurgat tam
quam eruginem evacuans et omnem virtutis decorem plantat
Cum mortali peccato numquam stat quamvis cum veniali Sed tum tam
ardens potest esse motus et effectus amoris in deum quod eciam omnia
venialia consumit / quia dum verus amator in deum vehemen
ti ac frequenti desiderio fertur, ita liquescit et emollitur in deum
quod omnia displicent ei que a dei unione et visione retardant
Dum enim in amore nihilo letatur cor eius exprimere non valet
quod celitus degustat in huiusmodi liquefactione. Perfecti namque vi
ri numquam portant secum ad futuram vitam cremabilia / quia
omnia peccata sua in ardore amoris xpi absumuntur Sed ne